Universitätsbibliothek Paderborn

# Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

In omnem terram exiuit sonus eorum, Et in fines orbis terræ uerba eorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Visual Library

Itaque uide ut cōmendet fidem, non eñ uident quæ narrant, ſed audiunt Cōmendatur fides.
uocem eorū, auditus ſolus requirit in Eccleſia dei. Hierony. ſic uertit: Non ſunt רברים
ſermones, non ſunt uerba quibus non audiatur uox eorum, ubi uerba, ſeu famam, quo
dictum dicuntur, quod aliquoties res ſeu hiſtorias ſignificat, ſeu famam, quo
modo hic nō credo accipi. Nec ſolum fides, ſed efficacia & fructus uerbi ſimul
commendat, ꝙ non in uentū locuti dicuntur, Sed audiuntur uoces eorum, id
eſt, admittunt & ſuſcipiūtur quod fit per fidem. Omitto hic quæſtionem quā
aliqui mouent: Sit ne hic uerſus impletus, cum nondum omnes gentes Euan-
gelium audierint, facile hic quiuis reſpondere poterit.

In omnem terram exiuit ſonus eorum,

Et in fines orbis terræ uerba eorum.

Locum (ut dixi) hic deſignat ubi ſonent iſti cœli, ne quis quæratur aut ſeſe
excuſet, ꝙ non poſſit transfretare, aut in cœlum aſcendere ad audiendum, pro
pe eſt uerbum in ore tuo, & in corde tuo ait Moſes Deutro. xxx. Ad hoc enim
uarijs linguis donati fuerunt, ut in omnem terram ſonus eorum exiret. Et ui-
de ꝗ̄ uigilanter aptet ſpiritus uerba ſua, ne Apoſtoli putarent eſſe uerbi auto-
res, facit eos miniſtros & inſtrumēta, ſicut dicit Chriſtus. Non enim uos eſtis
qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri qui loquitur in uobis. Et iterū. Ille me
clarificabit & teſtimonium perhibebit de me, & uos teſtimonium perhibebi-
tis. Ideo dixit, uoces eorum audiunt, ſed alius eſt qui loquitur. Exit ſonus eo-
rum, ſed alius eſt qui efflat & emittit, uſus uoce & uerbis eorum, pro inſtru-
mentis ſuis.

Auguſtinus hunc locum torquet in donatiſtas, qui Eccleſiam in Affricæ an
gulū artabāt, ſed multo magis torqueri debet in noſtros nouos donatiſtas, qui
negāt in India & Perſide & Aſia eſſe fideles, Vbi enim ſonus & uerba ſpiritus
ſunt, ibi Eccleſia ſine dubio uera eſt Chriſti, Nō enim loquit ſpūs Chriſti, niſi
in Eccleſia ſua, quare cū hic ſit apertus textus ſonū Apoſtolorū exiuiſſe in om
nem terrā, necdū legatur reuocatus, timendū eſt nobis, ne cum impijs donati-
ſtis ſiue illis ſiue iſtis, nos ſolos ia.temus pro fidelibus, qui forte nihil minus
ſumus ꝗ̄ fideles, cum uerbū & ſonū Apoſtolorū nuſquam audiamus.

Et ꝗ̄ꝗ̄ hebræus habeat. In omnē terrā exiuit regula eorū, tamen Apoſtolus
Ro. x. ſonū dicit, & in idē recidit, Sonus enim euangelicus, regula illa eſt iuxta
quā ædificat Eccleſia, nō enim ædificatur armis corporalibus fabrorū, ſed uer-
bo uitæ. Simul tamen eo uerbo certa mēſura ſignificatur, qua cuiuſq; Apoſto-
li miniſterium diſpartitum eſt in orbem terrarū: Non enim omnes eodē loco
prædicauerunt, ſed diuiſi ſunt in totū mundum, nō ut diuitias eius ſibi aggre-
gent, ſed unuſquiſq; portionem ſuam ad Chriſtum reducat.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum.

Hæc in hebræo pars eſt poſterior præcedentis uerſus, hoc modo habens, So
li poſuit tabernaculum in eis, ſolem alij proprie accipiunt, pro iſto ſole uiſibi-
li, in quo Eccleſia ſeu humanitas Chriſti, tabernaculum dei, manifeſtatum ſit,
Sed melius arbitror prophetam perſtare in allegoria cœpta, & ſolem eſſe eū,
qui in iſtis cœlis poni & habitare poſſit, quod & ſequens uerſus indicat: Et
ipſe tanꝗ̄ ſponſus procedens, Et ſatis uiolēter interpres hebraicum, בם Bam,
qđ ſonat in eis (id eſt, cœlis prædictis) mutarūt in, ſuum, immo fere omiſerūt,
Quaꝗ̄ reuera allegoria iſta ſumpta ſit ex cœlis & ſole uiſibilibus iſtis in qui-
bus ſol

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN